Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



I. AD. CORIN

uero turpe e mulieri tonderi aut
decaluari? uelet caput suum. Vir
quidem non debet uelare caput suum?
quo ymago et gloria dei e. Mulier au
tem gloria uiri est. Non enim uir ex
muliere e. sed mulier ex uiro. Etenim
non e creatus uir propter mulierem? sed
mulier propter uirum. Ideo debet mulier
uelamen habere super caput suum? et propter
angelos. Verumtamen neque uir sine mu
liere. neque mulier sine uiro in domino.
Nam sicut mulier de uiro: ita et uir
per mulierem. Omnia autem ex deo. Vos
ipsi iudicate. Decet mulierem non ue
latam orare dominum? Nec ipsa natura do
cet nos. Quod uir quidem si comam
nutriat. ignominia e illi. Mulier
uero si comam nutriat: gloria e illi?
quia capilli pro lamine dati sunt ei.
Si quis autem uidetur contentiosus ee
nos talem consuetudinem non habemus
neque ecclesia dei. Hoc autem precipio non
laudans: quod non in melius. sed in dete
rius conuenitis. Primum quidem conue
nientibus uobis in ecclesiam dei audio
scissuras ee? et ex parte credo. Nam
oportet hereses ee? ut et qui probati si
manifesti fiant in uobis. Conuen
entibus ergo uobis in unum: iam non
est dominicam cenam manducare. Vnus
quisque enim suam cenam presumit ad
manducandum. Et alius quidem esurit:
alius autem ebrius e. Numquid domos
non habetis ad manducandum et bibendum?
Aut ecclesiam dei contemnitis. et con
fundis eos qui non habent? Quid dicam
uobis? Laudo uos? in hoc non laudo.
Ego enim accepi a domino quod et tradidi
uobis: quia dominus iesus xpus in qua
nocte tradebatur. accepit panem et
gratias agens fregit. et dixit. Accipite et
manducate. Hoc est corpus meum.
quod pro uobis tradetur. Hoc facite in
meam commemorationem. Similiter et
calicem postquam cenauit dicens. Hic calix no
uum testamentum est in meo sanguine.
Hoc facite quotiescumque bibetis in
meam commemorationem. Quotiescumque
enim manducabitis panem hunc. et ca
licem bibetis: mortem domini annuncia
bitis donec ueniat. Itaque quicumque
manducauerit panem et biberit calicem
domini indigne: reus erit corpus et san
guinis domini. Probet autem se ipsum
homo? et sic de pane illo edat. et de ca
lice bibat. Qui enim manducat et bi
bit indigne: iudicium sibi manducat
et bibit: non diiudicans corpus domini.
Ideo inter uos multi infirmi et infirmi?
et dormiunt multi. Quod si nosmet
ipos diiudicaremus: non utique iudi
caremur. Cum iudicamur autem a
domino corripimur? ut non cum hoc mundo
damnemur. Itaque fratres mei cum con
uenitis ad manducandum: inuicem ex
spectate. Si quis esurit: domi man
ducet: ut non in iudicium conuenatis.
Cetera autem cum uenero disponam. · xv.

De spiritalibus autem nolo uos
ignorare fratres. Scitis quo
cum gentes essetis. ad simu
lacra muta prout ducebamini eun
tes. Ideo notum uobis facio. quod nemo
in spiritu dei loquens dicit anathema
iesu. Et nemo potest dicere dominum iesu:
nisi in spiritu sancto. Diuisiones uero gratiarum sunt:
idem autem spiritus. Et diuisiones ministe
riorum sunt: idem autem dominus. Et diuisio
nes operationum sunt: idem uero deus qui
operatur omnia in omnibus. Vnicuique
autem datur manifestatio spiritus ad
utilitatem. Alii quidem per spiritum datur sino